



# Disputatio juridica inauguralis de jure retentionis

<https://hdl.handle.net/1874/345201>

47.

DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE

# JURE RETENTIONIS.

*QUAM*  
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

*Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

## JACOBI VALLAN,

M. D. Praxeos & Institut. Medicinæ Professoris Ordinarii,  
NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicī consensu, Nobilissimeque  
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis  
ritè ac legitimè consequendis,

*Eruditorum examini subjicit*

### VINCENTIUS GARMERS, HAMBURGENSIS.

*Ad diem 15. Februarii horâ locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

---

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, clc Icc xcii.

*VIRO Admodum Reverendo Nobilissimo  
Amplissimo Clarissimoque,*

D. PETRO WESTERMANNO,  
J.U.D. Et Capituli quod Hamburgi  
est seniori ac Syndico optime meri-  
to, ut & Causarum Patrono fami gra-  
tissimo.

NEC NON

*VIRO Nobilissimo, Amplissimo &  
Clarissimo,*

D. JOHANNI LANGHANS,  
J. U. D. & Causarum Patrono cele-  
berrimo.

Affinibus suis omni affectu & observan-  
vantiâ Colendis.

*Hanc Disputationem Inauguralem*

*D. D. D.*

*VINCENTIUS GARMERS, Auct.*

C U M D E O  
DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
JURE RETENTIONIS.



Um vocabulum retentionis à verbo retinere variè in jure accipiatur, non omnino abs re fore credo priusquam ipsam rem aggrediar, pauca quædam de hujus verbī significatione prætermittere. Significat enim (1) juris acquisi-  
ti conservationem, & opponitur (2)  
acquisitioni si dicitur, faciliorem esse  
juris acquisti retentionem quam ejus  
acquisitionem. per l. 1. ff. de pignor. & dicitur etiam in l. 72. ff. de  
procuratoribus. Quod non semper acquirantur actiones per  
procuratorem sed retineantur. (b) Amissioni, si dicitur so-  
cium pupilli in fundo Communi per non usum servitutem a-  
mittere sed propter pupillum retinere: l. 10. pr. ff. *Quemad-*  
*modum servius amitt.* (2) Sumitur etiam pro solutionis sive  
præstationis denegatione, hoc est, si quis rem quam alius  
petit solvere sive præstare recusat, & quidem vel justa vel  
in justa causa; illa nempè justa jure permittente & approbante  
hæc nempè in justa jure prohibente; aliter una appellatur  
licita altera illicita sicuti. *Paulus I Cius* in l. 21. ff. de solut.  
*Matrim.* ubi dicit in vitis nobis rem nostram alium retinere non debe-  
re & in l. 5. *Cod.* in quibus causis pign. l. Hypoth. tacit. contrab. Ubi  
dicit Imperator Diocletianus. *Quod una res pro alia retineri non*  
*possit sed debet quis debitorem suum solemniter ad solutionem facien-*  
*dam Convenire.*

## DISPUTATIO JURIDICA

Dividitur autem in perpetuam & temporalem. Perpetua est si quis aliquam rem cuius præstationem alius petit, eo animo non præstat, ut illam petenti ex illa causa nunquam solvat sed semper sibi retineat: in qua significatione detrahit sive retinet heres quartam Falcidiam & Trebellia. l. 15. §. f. l. 25. pr. ad Leg. Falcid. l. 1. §. 18. l. 21. l. 68. §. 1. ff. ad S. Ciam Trebell. Item qui compensat, in eadem significatione pecuniam quam debet, retinere debet. l. 4. l. 20. ff. d. compens. l. 30. pr. ff. de Att. Empt. Temporalis est si quis rem alienam vel alteri debitam, non perpetuò sed tantum ad certum tempus retinet, & quidem ob diversis quibusdam causis scil. Custodiæ administratio- nis usus &c. per l. 8. §. 1. ff. de pign. action. l. 5. §. 1. ut in possess. legat. l. fidei l. 7. § 2. l. 8. §. 1. de Damno infecto vel debiti consequen- di causa, si aliquis rem debitam quam penes se habet, tam- diu retinet, donec illi de credito satisfiat. In qua ultima significatione sumitur vocabulum retentionis in nostro Jure de qua in præsentiarum aliquid tractabo.

## T H E S I S I.

**E**st autem retentio, quâ opponendo exceptionem dolim vel in factum, quis rem alienam quam libet legitima causa detinet, usque dum id quod ratione ejusdem rei debetur ipsi solvatur. l. 14. ff. de dolo malo l. 14. §. 1. ff. Comm. divid. l. 27. §. f. l. 48. ff. de R. V. Clarius autem defini- tur quod sit impedimentum legitimum rerum debitoris, quas tanquam in suis manibus hodie existentes, ex causis à jure determinatis & expressis, retinet ac firmiter capessit credi- tor propria quasi autoritate, non dimittendo eos ex pos- sessione donec ipsi de Credito, satisfiat: & oritur istud be- neficium ex l. 25. de Regul. Juris.

## I I.

Illa autem retentio fit vel ipso jure vel jure exceptionis.  
Ipso

# I N A U G U R A L I S. §

Ipsò jure fieri dicitur, si aliquis rem vel speciem alteri debitatam, ita ob debitum retinet, ut interim donec ipsi de debito satisfiat, actori jus agendi ipso jure perimetur. *l. i. C. de Rer. Amot. l. 6. C. de compens.* atque ita si debitum sit liquidum, ut debitor sciat quantum actori debeat, atque hoc casu ipso jure actio realis sive personalis, quæ competit alteri ob rem detentam quasi per compensationem extinguitur, *l. f. C. de compens.* Ope autem exceptionis retentio fit, si debitum non ita sit liquidum, ut compensatio fieri debeat vel alio modo impediatur aut æstimatio debiti excedat rem retinenti debitam.

## I I I.

Ut autem retentio locum habeat, requiritur ut debitum sit liquidum *l. f. §. 1. C. de Compens.* nam de debito illiquid & incerto retentio non locum habet, cum retentio sit quædam species compensationis per text. ex pr. in *l. i. C. commod.* Sed hic fortiter disputatur inter DD. an non etiam locus sit retentionis debiti illiquidus? Sunt qui negant & imprimis Anton. Neguz. in suo tract. de pign. part. 5. pr. mem. 7. n. 37. vers. ex quo etiam infertur *Sc.* Ait mihi videtur magis firmorem esse sententiam. Job. Petr. Molignat. tract. de retentione quæst. 20. p. 15. in med. vers. qua conclusio procedit nondum facta liquidatione: & hanc sententiam etiam amplectit Ludolph. Schrader de feudis p. 2. q. 9. pr. sect. 2. n. 20. &c quidem limitando, si scilicet debitum illiquidum facile liquidari potest: liquida enim & quæ in continentia liquidari possunt pro paribus in nostro jure censeantur. Ut tradunt DD. ad leg. 6. C. de compens. Sunt etiam alii qui rejiciunt hanc limitationem Jure Civili non convenientem, & dicunt quod retentio debiti illiquidus non cessat nequidem oblatio fidejussore per *l. 33. ff. de Condict. in debit. l. 14. ff. de dolo mala & metus except. l. 9. p. & §. 1. ff. de Aqu. rr. Domin.* Omnes illæ leges loquuntur unanimiter quod is qui rem alterius retinet in quam impensa fuerint factæ illam tamdiu retinere possit,

A 3

donec

## 6 2 DISPUTATIO JURIDICA I

donec illi de credito satis factum fuerit, ubi enim lex non distinguit nec nos distinguere licet, l. i. §. 20. de Exerc. Action. & hoc de Jure Civili. Sed cum hæc sententia sit valde rigorosa & ex æquitate temperari possit p. l. 85. §. 2. de R. f. ideo cautio locum habet de debito scil. illiquid, ne sub prætextu liquidationis res in infinitum retineantur de quo vid. *Ludolph. Schrad. de fendl. d. l.* Cum hæc sententia concordat enim Jus Saxoni. per text. express. *Wethbild. art. 24. verb.* Hat sie aber burgen dasur so darf zie die Erben nicht mahnen weder in der gute oder zu recht so soll sie die gewehr reumen und dem gelubdt der burgen folgen. *Ei etiam Mevius ad Jus Lubecens. lib. 1. tit. 5. art. 15.* Es mag keine un be Erbte wit frau nach absterben ihres mannes aus seinen gutern getrieben werden, sie sey dan vor allen dingen ihres brant schatzes versichert oder vergnuget. Sed cum circumstantiae semper mutant actionem sive jus ideoque relinquendum est arbitrio Judicis qui secundum illas hoc casu concurrentes judicare sci- verit.

## I V.

Competit autem hoc jus retentionis creditori rem pignoratam possidenti. l. i. p. l. 11. §. 4. de pign. act. l. 10. C. eod. non solum pro debito in cuius securitatem pignus traditum, sed & aliò quovis debitò ab eodem debitore eidem creditorì solvendo. l. un. C. etiam ob Chir. pecun. Datur etiam ratione usurarum l. 11. §. 3. ff. de pign. act. l. 4. C. de nsur. ut & impensarum in pignus l. 6. C. de pign. vid. *Perez. h.t.* Datur etiam negotiorum gestori qui liberavit pignus quod possidet. l. i. p. *Quesst. mod. pig. solv.* verum hoc loco dubitatur an res obligatas in unum casum vel ex una causa liceat etiam pro alio debito quod liquidum est retinere? Ac sane hoc innuit textus manifestus in d. l. un. C. etiam eo Chir. pecun. pig. ten. poss. & ibi *Bald.* n. 2. quem casum bene explicat *Math. Coler.* de proces. execut. p. l. c. 2. n. 225.

V. Com-

## INAUGURALIS. 7

## V.

Competit etiam mulieri ratione dotis in mariti bonis tam allodialibus quam feudalibus, ut ex possessione illorum excedere non cogatur nisi pro dote sibi fuerit satisfactum, cuius respectu etiam præfertur omnibus creditoribus aliis sive expressam sive tacitam hypothecam posteriorem non autem anteriorem expressam habentibus l. 12. C. qui postor. in pign. hab. Et hoc tam de Jure Communi ut refert Mynsig. Cent. 6. obs. 45. n. 5. incipit noti juris est quod uxor. &c. & obs. 82. n. 1. & seq. per totum, ibi extra controversiam est. Quam etiam jure Saxonico. per textum express. in Novell. Elect. Aug. part. 2. const. 21. sub fine vers. wie dann auch die frau das jus retentionis so lange in den Lehn-gütern Ec. Churf gerichts ord. 6. 45. col. 5. §. wie dann das weib Ec. Weichbild art. 24. in med. vers. des gleichen darf sie auch die gewehr des guths &c. & art. 57. post princip. usque ad eo, quod uxor si postea ab haeredibus mariti ex possessione fuerit dejecta, vel lubens persuasa, tamen blandis sermonibus, quasi heredes & statim dotem soluturi essent, ex ea discesserit, tanquam spoliata ante omnia debet restitui. Ut refert Math. Coler. de proces. execut. ubi mensi Junio anno 1580. in Dicasterio Jenensi cuidam mulieri Budstadiensi responsum testatur p. I. c. 2. n. 192. vers. unde si postea forte dejiceatur.

## V I.

Ampliatur etiam non solum uxori datur hoc jus ratione dotis, sed etiam ratione donationis propter nuptias & paraphernis & aliis rebus præter dotem illatis. arg. l. 29. C. de jure dotium & Wesemb. p. 1. conf. 77. Petrus Molignat. de retent. quest. 20. post princ. vers. hoc etiam firmat ampliando ad bona paraphernalia, & in med. vers. non solum pro dote sed & pro omnibus iuribus &c. Præterea ampliatur & mulier jure retentionis posse uti tam contra extraneos hypothecaria agentes, quam contra ipsum virum ad inopiam virginem, l. 29. C. de jure dotium Paul. de Castro. in l. 22. ff. foliat. mar-

n. 1. ibi oīlavo quero numquid mulier si possit, &c. Ulterius ampliatur & jus retentionis habet non ipsa uxor, sed & ejus heredes. Mynsing. Cent. 6. obs. 82. n. 2. ibi hoc non solum uxori &c. Appellatione autem heredum continentur etiam extranei nisi nominatum excipiuntur. l. 7. §. ult. inf. ff. de condic. furti. Sed possit hic aliquis objicere quod jus prælationis uxori ratione dotis competens nullis heredibus extraneis sed solis filiis & aliis descendantibus detur per text. in Novill. 91. in pœm. vers. non enim aliis dedimus & cap. 1. &c. respondeo quod aliud sit injure prælationis aliud in jure retentionis; in illo enim nominatum constitutum quod illud jus prælationis non transeat ad heredes. leg un. C. de privil. dotis. Nisi ad solos filios ut in d. Novell. 91. secus in hoc jure; Illud jus specialiter favore dotis & sexus muliebris contra juris regulas erat indultum. l. 12. C. Qui potior in pign.

## V I I.

Ut autem vidua possit uti jure retentionis ratione dotis vel aliorum bonorum, necessariò requiritur (1) ut bona illa sint vacua alias ubi ab heredibus jam possidentur vel ab aliis sint occupata, viduain iis jus retentionis habere non potest. Bald. in l. 15. Cod. de non num. pecun. n. 1. & Decius in suis Consiliis. Conf. 449. n. 23. Wesenb. Conf. 77. n. 9. & Conf. 10. n. 24. (2.) Ut dos sit illata & numerata. Non sufficit ad hoc confessio mariti, quamvis sit jurata l. 1. & tot. tit. Cod. de dote Canta &c. & Schneider. ad §. 29. Inst. de Action. n. 66.

## V I I I.

Quæ autem dicta sunt de vidua etiam locum habent quoad maritum ut possit in bonis uxorius uti jure retentionis, defuncta scil. uxore & ex illis ex cedere non cogitur priusquam ei de bonis mobilibus, in foro Saxonico, vel de aliis rebus, quæ

quæ ei ex jure communi vel ex cuius vis Civitatis & Regionis  
statuto & Consuetudine debentur satisfactum fuerit.

## I X.

Gaudet etiam jure retentionis locator, qui habet tacitam hypothecam , à lege proditam , in omnibus bonis conductoris inventis aut illatis prædio locato. l. 2. §. 9. ff. in Q. C. p. l. b. t. Contr. & l. 5. Cod. de Locat. Cond. Unde si merces conventa in termino destinato ad finem conductionis , non solvit, potest locator ipsemet expellere habitatorem & simul includere & detinere res illatas & inventas donec ipsis satis fecit, etiam privata autoritate secundum ea quæ tradit Jason. in §. 7. item serv. n. 80. Inst. de Action. & facit etiam l. 34. ff. de Damno infecto. l. 54. §. 1. ff. locat Cond. Verum quia utrumque non caret periculo ( potest colonus ingredienti se opponere vi armata ) ideo pro vitando scandalo & periculo corporis aut vitæ, civilius & tutius faciet dominus domus, à judice petendo officiales ipsius, ut ipsorum ministerio mediante expellatur conductor, sicut refert. Alexand. Conf. 134. n. 3. vol. 21. & facit etiam l. 3. Cod. & pign. & Hypoth. l. 11. de pign. Attio. l. 5. Cod. de furtis & l. 7. §. 1. ff. de rebus eorum qui sub tutela leg. cura. Bene itaque facit dominus qui inclusit res inventas , ut adducat secum , ultra judicem etiam notarium & testes in quorum præsentia describantur & in inventarium redigantur omnia quæ ibidem inveniuntur. l. 56. ff. Locat. ne colonus deinceps allegat , se plura intulisse quam nunc post inclusionem reperiat. Sed queritur hic an etiam in libros studiosorum hoc jus procedit. Et Resp. regulariter quod non per gloss. in l. 125. ff. sed V. S. que dicit quod in executione judicati, quemadmodum arma non sunt auferenda militibus ita nec libri Scholaribus. Ast quopidianæ experientia nos aliter docet , si alia deficiant bona , nec armis nec libris parcitur , inque hac indifferenter executio fieri solet ; sicuti quotidie libros studiosorum hoc casu arrestari & detineri videmus donec

B

satis-

satisfaciant ædium dominis de mercede pro habitatione con-  
venta *Col. de process. Execut. p. 2. C. 3. n. 146. & seqq.*

## X.

Quemadmodum locutori pro mercede conventâ in bonis conductoris, ita vicissim conductori pro expensis necessariis quas facit in reparatione domus aut habitationis in eâjus retentionis competit, ut possit deducere de pensione vel mercede locationis, etiam absque requisitione judicis quia corrolatiorum est eadem ratio *arg. leg. f. Cod. de indub. vid. toll. Math. Coler. de proc. execut. p. 1. c. 2. n. 208.* Quo fundamento & hoc sequitur quod Aurigæ, item tabellarii qui ad vexerunt vel attulerunt Scholaribus suppellectilia, earum rerum nomine aliquid expenderunt, pro ejusmodi expensis non minus gaudeant jure retentionis in rebus apportatis ac pro pretio vētūræ secund. *Bald. in leg. ult. n. 1. C. commod.* ratio quod vectorum item nunciorum expensa & onera salvam facit fartelli causam. *arg. l. 5. & 6. ff. Qui p. in. p. leg. ff. b. & Hahn. ad hunc iurul. n. 1. princ.* Idemque si aliquis fecit expensas in curâ vel medicinâ hospitati vel in ejus expediendis exequiis isto siquidem casu poterit hospes penes se retinere bona hospitio suscepti etiam scholaris tamdiu donec ipsi numerentur quod expendit ut refert. *Bald. l. 1. n. 3. C. m. ob Chirogr. pec. pig. & plures alios.* Est enim Regula generalis, rem debitoris retineri posse pro impensis aut meliorationibus in eâdem factis, non autem si alterius rei respectu forent factæ. *l. 5. ff. de Impensis in res dotal. fact. ibi dicitur manebit maritus in rerum deten- ratione donec ei de impensis satisfiat l. 20. ff. de Aqu. l. O. poss.*

## X I.

Competit autem Advocatis & Actuariis hoc jus retentionis, ut possint acta eo usque apud se retinere, donec ipsis satisfiat de Honorario. per *l. 12. ubi gloss. de vi & vi armata l. 21. ff. de Pro- curat.*

## I N A U G U R A L I S. II

*eturat. l. 14. §. 1. ff. Comm. dividand.* Æqui paruntur enim operæ impensis in eam factis & labor operantis justam retinendi causam tribuit. *Math. Coler. p. 1. C. 2. n. 248.* Quod autem non procedit in actis publicis, quæ exhiberi Magistratus aut Reipubl. inter est; quia potior est causa utilitatis publicæ quam privatæ. *l. 51. §. ult. ab Gothof. in verb. utilitate ff. ad Legem Aquil.* Præterea tribuitur etiam hoc jus sartoribus & futoribus pro mercede, & licet vestes vel Calceos retinere, non obstante quod materia sit aliena donec ipsis satisfiat de mercede. *Gail. l. 2. Obs. 12. n. 5.* Sic scriptor libri pro pretio operæ illum retenere potest. *M. Col. dict. tr. G dict. l. n. 214.*

## X I I

Huic jure gaudet etiam Dominus hospitii, pro unius vel alterius prandii vel coenæ, detinere tot res & bona hospitant, quanta sufficiunt ad exsolutionem. *Bald. in l. 5. n. 5. C. Locati.* Quin & Caupo pro hestatione vel exhibitione nocturnâ vel diurnâ, in diversorio potest retinere jumenta aliasque res per hospitatum illatas secunda ea quæ tradit. *Neguz. de pigno. 4. memb. 2. p. n. 138.* Et ita sustinetur usus exercentium cauponationes vinarias & cerevisias, qui hospitibus cessantibus solvere pretium potus in tabernâ ex hausti propria authoritate detrahunt vestes, enses, pileos aut quid simile illud retinent donec depretio satisfaciant. *Math. Coler. de proces. executi. p. 1. l. 2. n. 254.*

## X I I I.

Hoc jure etiam nituntur ministri ancillæ & famuli mercedem petentes, qui certe ut abeant & domo domini excedant, haud quam cogi poterant priusquam iis fuerit de mercede satisfactum. Quo ipso jus retentionis videntur exercere in domo domini, habitationem suam in eâ retinentes, donec mercedem consequantur, perinde Creditoribus aliis-

que bona debitoris usque ad exolutionem detinere licet.  
Bald. in l. f. Commod. Carpz. p. 2. c. 25. def. 23.

## X I V.

Est etiam specialis casus in quo licita est retentio etiam in persona debitoris ut sit in eo qui ab hostibus redemptus: Is enim potest tamdiu retineri etiam in persona, donec pretium redemptionis restituat suo liberatori l. 41. §. f. ff. de leg. 1. l. 20. §. f. ff. Qui test. fac. aut si pecuniam non habet debet saltem per quinquennium hærere apud suum liberatorem & ipsi præstare operas loco pretii l. 2. junct. l. fin. Cod. de Capt. Et postlim. revers.

## I I X

## X V.

Cessat autem hoc jus retentionis (1.) si vitiōse ac inutiliter pignus contractum l. 21. de pign. (2.) Si maritus alieno nomine bona possidet, puta si illa bona apud maritum sint deposita commodata locata &c. (3.) Quoad sumptus vel operas in re aliâ præstitas. e. g. Conductor equum pro meliorationibus in domo sibi conducta factis. Vel sartor vestem donec ei de pretio alterius vestis satisficeret. (4.) In deposito l. 11. C. deposito. Sed de hoc pugna est inter DD. an depositario competat jus retentionis ob impensas in rem depositam factas? Et respondeo quod non per d. l. 11. Cod. depos. ubi expresse raretur depositarium teneri ad rem illico restituendam deponenti sine ulla exceptione, ita ut neque exceptio dolii neque compensatio neque qualquam aliud deponenti objici possit quo minus rem depositam statim recipiat ex ea ratione, quam ibidem subjicit Imperator; quod non sub hoc modo depositum accepit, ut non concessa retentio ei generetur, Et contractus qui ex bona fide oritur ad perfidiam retrahatur. Quare nec propter impensas necessarias à depositario in rem depositam factas retineri potest res deposita. Quam sententiam etiam sequitur Brun. ad Wesenb. quest. ult. h. t. Christ. vol. 3. decisi.

*decis. 48. n. 6.* quamvis contrarium statuit. *Struvius in suo Syn-*  
*tagma Civil. Exercit. XXI. §. 44.* Bene igitur facit depositarius  
ut expressam adjiciat pactum quod jus retentionis illi compe-  
tere debeat, tam ob debita interim contracta, quam ob im-  
pensas in rem depositam factas. *D. Strick in suis Cautelis c. 2.*  
*Sect. III. §. 5.*

---

## C O R O L L A R I A.

### I

*Emptio sine pretio certo nulla est.*

### II.

*Pacta sunt servanda.*

### III.

*Mandatum contra bonos mores non est  
obligatorium.*

### IV. *Fur-*

ETIQUETTA IV.

*Furtum lege naturali prohibetur.*

V.

*Furtum sine affectu furandi non committitur.*

SOLI DEO GLORIA.

